



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Petri De Dusburg, Ordinis Teutonici Sacerdotis, Chronicon  
Prussiae**

**Petrus <de Dusburg>**

**Francofurti ; Lipsiae ; Regiom. Pruss., 1679**

Cap. CCCXI. De Destructione navis hujus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11850**

officio præsul, cum Hospitalarius esset factus. Similiter Wilhelmus Comes ab Eisenberg sub Johanne à Tieffen fuit magnus Commendator: ait tempore Friderici Ducis Saxoniae idem factus est Marschalcus Ordinis. *Vid. Grun. Tract. 18. cap. 3. s. 11. & Tract.*

*19. cap. 1.*

## CAP. CCCX.

*De*

### *Quadam nave bellicafacta.*

**P**Osthæc frater Wernerus (a) Commendator de Raganita fecit sibi ædificare navem bellicam cum moeniis & plures naves alias. Cum quibus dum venisset ad impugnandum castrum (b) Junigedam, ventus validus irruens in navem, violenter dejectit eam ad littus; quo viso castrenses armatæ manu invaserunt navem: Fratribus & armigeris in ea existentibus ex adverso viriliter se defendantibus. In qua pugna Lethovvini plures interfici fucrunt & lethaliter vulnerati. Et sic fratres evaserunt.

### ANIMADVERSIONES.

(a) Wernerum ab Urseln Marschalcum Ordinis suisse scribit Grunovijs *Tract. XI. c. V.* cum eandem historiam recenset.

(b) Bischonadam vocat Grunovius *loc. cit.* ubi ea de re sic loquitur: Und er fuhr das Flus Mummel auff/ und kam ins fließ Wagin- gra/ auf welchem man zwischen Littawen und Samayten kommt/ da ein sehr gut stück Landes war / und von den Wassern unverschriet / und da liegt an einem grossen tieffen See die mächtige Stadt Bischonada / & sic etiam urbem hanc postea aliquoties nominat.

## CAP. CCCXI.

*De*

### *Destructione navis hujus.*

Rex

**R**ex Lethovvinorum auditâ famâ navis hujus, turbatus est, & omnis Lethovvia cum eo, & post multa consilia variosque tractatus habitos pro destructione ipsius, tandem misit nobilem virum & bellicosum Surminum, cum centum navibus, in quibus erant sexcenti viri & amplius, & centum equites, qui dum navem impugnarent, IV. Sagittarii de intus qui ad defensionem ejus deputati fuerant, viliter defenderunt. Tandem præciso fune, quo ligata fuit, descendit navis Memelam & descendendo fortiter impugnaverunt, sic quod multis Lethovvinis vulneratis & (a) Scoldone, germano dicti Surmini, occiso, navem ceperunt & interfectis IV. Sagittariis in cinerem redegerunt.

## ANIMADVERSIO.

(a) Stryikovski legit Stoldon, & putat suisse Gastoldum, quæ familia postea apud Lithyanos fuit celeberrima.

## CAP. CCCXII.

De

*Combustione præurbiorum castri**Bisene.*

**H**oc anno in autumno frater Henricus Marschalcus cum tribus & viris de Sambia & Nattangia impugnavit castrum Bisenam, & post longam impugnationem, diversis utriusque partis vulneratis, ambo ipsius, suburbia ignis incendio devastavit.

## CAP. CCCXIII.

De

*Deprædatione territorii Medenike.*

<b>A</b> nno Dn. MCCCXIV.	<i>Anno Domini MCCCXIV. Kalendas Martii</i>
<b>A</b> post circumcisio-	<i>apud Carpentrasum, ubi tunc curia Romana</i>
<b>nem</b>	<i>B b b 2</i>

fuit